

- 1 Millesimo trecentesimo VII.
- Excellentissimo domino suo domino Petro Gradonico Veneciarum Dalmatie  
atque Chroatie inclito duci, domino quarte partis et dimidie totius Imperij Ro-  
manie. Andreas Cornarius Cornarolo fidelis eius recommendationem et se ipsum  
5 debite fidelitatis obsequium. Ducalis excellencie Uestre placuit domino Belleto  
Justiniano de Uestro mandato duche Crete et eius consilio dare per speciales lit-  
teras in mandatis ut audiri racione mea et millitum Candide deberet de facto  
dishabitationis Casalis nomine Lombaro mihi facere racionem et iusticie com-  
plementum tamquam de re que fuit ad eorum utilitatem totalem inhabitata et in  
10 manu minimum dampnum, preiudicium et iacturam, qui quidem conuocato con-  
silio generali Uestre Candide ciuitatis eos una et plures requisiiuit ut ad contra-  
dicendum meis oppositis deberent instructos ex se millites elligerent ut debebant  
et cum nollent inde dare pro suis rationibus defensionem requisiiuit a me ut  
dampnum meum ei dare debemus in scriptis. Ego autem uolens ipsius obedire  
15 mandatis dedi quamdam cedulam sibi cuius exemplum magnificentie Uestre mitto  
presentibus interclusum continentem meam dampnationem per singulum scrip-  
tum.. Ipse uero facit talem taxationem qualem Uestre potencie per litteras suas  
scribit uolens ut de huiusmodi et tanto dampno solum yperpera II mille pro  
omni datione debita a militibus recipere et habere si processerit Uestre domina-  
20 tionis mandamus quatenus Excellentie Uestre supplico reuerenter quatenus cum  
dicta taxatio sit non bona secundum magnitudinem dampni mei dignemini talem  
intencionem Vestram iusticiam consuetam que non patitur sui fidelis iacturam  
quod meliorem de tanto dampno habent emendationem et si potencie Vestre ...  
..... secundum taxationem predictam habere emendum de illo et de nichilo  
25 sum contentus secundum Vestre Magnificencie beneplacitum uoluntatis.

16

\*Εγγραφα ἀποσταλέντα εἰς Βενετίαν ὑπὸ τοῦ Δουκὸς Κρήτης Γουίδωνος Ντὰ Κανάλ, ἦτοι :  
Αἵτησις τῶν 4 εὐγενῶν τῶν ἀναφερομένων ἐν ἀριθμῷ 10 διὰ τὴν ἀποζημίωσιν τῶν ζημιῶν τὰς ὁποίας  
ὑπέστησαν ἐκ τῆς καταστροφῆς τῶν χωρίων των ἐν Risa de Laxito.  
Πληροφορίαι τῆς διοικήσεως Κρήτης περὶ τῆς διαδικασίας, ἣ ὁποία ἐτηρήθη πρὸς διαλεύκανσιν τῶν  
δικαιωμάτων τῶν ἀναφερομένων. Αἰτιολογίαι ὑπ' αὐτῶν προβαλλόμεναι, ἀντικρουόμεναι δὲ ὑπὸ τῶν  
πέντε ἀντιλεγόντων, διορισθέντων ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου Κρήτης. Ὑπεράσπισις τῶν δια-  
δίκων, νέα ἀντιλογία τῶν ἀντιλεγόντων, ἀπάντησις τῶν πρώτων καὶ τέλος ἀντιλογία τῶν δευτέρων.  
Καταθέσεις τῶν μαρτύρων Μάρκου Βενιέρη, Νικολάου Μπόνου, Νικολάου Ἀβράμου, Θωμᾶ Μινώ-  
του, Ἰακώβου Ταγιαπιέρα ἀπάντων ἐκ Χάνδακος, ἀντιθέτων τῶν ἀναφερομένων καὶ Ἀγγέλου  
Καριόλα καὶ Μπενβενούτου Ντὰ Μπρέσια καγκελλαρίου, μὴ γενόμεναι δεκταὶ ὑπὸ τῶν ἀντι-  
λεγόντων. 1308.



**Commemoriali Libro I. F<sup>o</sup> 126<sup>to</sup>.**

**Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 91. N<sup>o</sup> 392.**

Millesimo trecentesimo VIII.

1

Generalis tenor scripturarum multarum et diffusarum missarum a domino Guidone de Canali ducha Crete super dishabitatione Rise de Laxitho pro qua petebant restaurum v, nobiles.

Dicunt nobiles Andreas Cornario, Johannes Fradello, Leonardus Gradonico, Petrus Burgognonus et Marcus Cornario quod casalia eorum et territorium Rise de Laxitho fuerunt dishabitata tempore domini Hermolai Justo et dishabitatio ipsa fuit ex hoc quia uerissimiliter timebatur quod caput de Leuante rebellaretur et quod si essent expense et damna et pericula imminebant et ad tollendum periculum terminatum fuit quod ipsa dishabitatio fieret. Dicunt quod super hoc illo tempore fuit factum consilium per dominationem et in eo dictum fuit etiam de restauratione damni dicte dishabitationis et dicunt quod per consilium capta fuit pars de dishabitando et dicunt quod in ipso consilio habita fuit mentio de restauratione, set quia dictum fuit per aliquem quod de restauratione dicebatur ut factum elongaretur captum fuit de dishabitando et preterea de restauro uideretur dicunt quod scripture ammissee fuerunt per terremotum dictum, quod preterea petuerint restaurum a consilio et ipsi facere uoluerunt, set quilibet confitetur quod eis fit iniuria et damnum.

10

15

Super predicto negotio scribunt ducha et consilium quod super intentione predictorum conquerentium fecerunt consilium in quo lecta fuerunt omnia scripta et per consilium dati fuerunt v responsores contra predictos. Predicti uero dederunt suas petitiones in scriptis et reliqui milites responderunt ad illas prout infra haberetur mentio. Dicunt predicti ducha et consilium quod predicti conquerentes substinent non modicum grauamen, et quod credunt quod iuste petant restaurum dicunt quod non inueniunt super hoc consilium maius nec rogatorum, quod dishabitatio predicta fieret nec quod aliquis se obligauerit ad soluendum restaurum dicunt quod si restaurum aliquod deberet fieri crederent iustum quod fieret per illos de capite leuantis et reliquos conuicinos qui conseruauerint utilitatem suam pro dishabitatione predicta, dicunt quod non esset iustum quod restaurum fieret pro communi quia dishabitatio non fuit facta pro utilitate Communis set predictorum conuicinorum. Dictus dominus Ziani Baduarius quod per auditum habitum ab aliis uideretur sibi iustius, quod restaurum fieret de Communitate omnium, quia pro omnium utilitate dishabitatio facta fuit, tantum dicunt quod si fieret restaurum predictis, alij consimiles concurrerent sine numero petentes restaurum, quibus propter maximam quantitatem fieri non posset.

20

25

30

35

Dicunt predicti petentes quod per dishabitationem predictam que durauit circa octo annos Commune habuit suos rusticos saluos, quos ammisisset per guer-  
ram et euitauit expensas dicunt quod ipsa dishabitatio cessit in utilitatem mul-  
torum et etiam suam in alijs casalibus suis et sunt contenti quod ponantur in  
40 emendatione perpetualiter cum alijs. Dicunt etiam predicti petentes quod pro-  
ximo de nouo fuit tractatum quod dicta Risa iterum dishabitaretur et restaurum  
fieret illis, qui damnificarentur per quod dicunt esse credendi consimile fuisse  
dictum et factum tempore predicto, et cum pars aduersa in predictis opponat,  
quod multa grauamina pluribus pro bono terre sunt facta, de quibus nulla facta  
45 est mentio, dicunt predicti petentes quod illa non sunt similia suis damnis et illa  
que sunt similia fuerunt semper restaurata.

Responsores predicti contra petitionem predictam dari dicunt. Quod tempore  
dicte dishabitationis dictum fuit de dishabitando Risam pro bono statu terre et  
tunc conuocati fuerunt x nobiles qui nominantur, quorum octo habebant partem  
50 in Risa, inter quos posita parte pro bono et utilitate ipsorummet at aliorum qui-  
bus pertinebat Risa, dictum fuit quod dishabitaretur, que eorum utilitas est mani-  
festa, quia casalia et uilanos eorum conseruauerint, dicere etiam quod de pas-  
cuis et nemoribus habuerunt tantum quantum fuisset terciaria de casalibus et  
terris eorum. Dicere etiam ipsi responsores quod nesciunt quod aliquo tempore  
55 dictum fuerit in consilio tempore dishabitationis fiende de aliquo restauro fiendo  
et quod nec in consilio dictorum x, nec in maiori consilio unquam captum fuit  
quod fieret restaurum.

Dicunt ipsi responsores quod nunquam nec ante terremotum, nec post fuit  
factum consilium de dando restauro, nec dicti decem habuerunt libertatem obli-  
gandi consilium nec uniuersitatem militum et si aliquo posset reperire quod fue-  
60 rit factum consilium nunquam fuit capta pars de dando restauro nec datum  
intendimentum quia ipsa dishabitatio facta fuit ad utilitatem et commodum eorum  
et dicunt quod dominacio nunquam fecit promissionem aliquam nec facere po-  
tuisset pro militibus de restauro aliquo. Dicunt etiam quod si predicti petentes cre-  
65 didissent se habere rationem si non dabatur eis restaurum, uenissent ad domi-  
num ducem, si non uenerunt scientes se ius non habere. Dicunt quod ullus inue-  
nietur qui dicat quod ipsi habeant obliquum. Dicunt predicti responsores quod  
bene uerum est quod tempore proximo habita fuit mentio de dishabitando iterum  
Risam et quod fieret restaurum, set dicunt quod ipsa dishabitatio debebat esse  
70 perpetua et ideo dictum fuit de restauro et perpetuale et temporale non sint si-  
milia. Dicunt responsores predicti quod nulla grauamina que fuerunt similia huic  
facto, umquam restaurata fuerunt, dicunt quod non est iustum nec conueniens

quod predictum restaurum fiat etiam perpetualiter inter eos et alios de re que cessit in utilitatem eorum et quod super hoc restauro eorum nunquam prouidit maius consilium nec milites, nec aliqua specialis persona, nec per consuetudinem 75 nunquam factum fuit in consimili facto et dicunt quod nec per rationem nec per consuetudinem debet fieri restaurum et sic nullo iure.

Dicunt responsores predicti quod nec sciunt, nec credunt, quod debeat fieri tale restaurum et quod hec sunt similia grauamina que nunquam habuerunt restaurum tempore domini Marini Gradonico, loca de semine tempore domini Petri 80 Justiniani, tota Risa de Chisamo tempore domini Andree Geno, totum caput leuantis tempore eiusdem domini Andree Geno, loca de Pediada tempore domini Andree Dandulo, caput leuantis tempore preterito quod nullus haberet bladum in molendino aliquo, tempore domini Marini Gradonico uillani fuerunt extracti de insula de quorum aliquo datur emenda yperp. I pro uillano qui ualebat plerum- 85 que yperpera c. Tempore domini Guidonis de Canali dictum fuit quod habitantes in parte ponentis soliti dare medietatem non darent nisi tercium et temporibus preteritis multi uillani sunt frankati quibus nullum fit restaurum. Dicunt responsores predicti quod si deberet fieri restaurum totum mobile et stabile insule non sufficeret in predicto casu et similibus. 90

Ad predicta responsa facta per responsores predictos dicunt predicti petentes quod in illis decem qui fuerunt conuocati ad ordinandam dishabitationem predictam non interfuit dominus Johannes Fradello, set interfuerunt alij non nominati per predictos responsores, uidelicet dominus Thomas Minoto, dominus Marcus Geno et predictus Petrus Brugognonus et dicunt quod maior pars illorum 95 non habebat partem in Risa, et illi quo partem habebant, tam parua habebat quod non apreciabantur dishabitationem dicte Rise, nec aliquis apreciaretur exceptis predictis qui petunt. Dicunt predicti petentes quod ipsa dishabitatio facta fuit pro utilitate communi aliorum et ipsi parua securitate fuerunt consecuti respectu sui magni damni et alij maximam, quia si Laxithum fuisset rebelle aliqui 100 ex eis ammisissent annuatim de redditibus yperpera D et mille, yperpera MD; et uillani ipsorum petentium iuerunt habitare in eorum casalibus cum magna utilitate ipsorum, dicunt ipsi petentes quod non est uerum quod habuerint utilitatem in dishabitatione, licet preceperint sua nemora et pascua ut ante solebant, set amniserunt terciarias, casalia sua fuerunt combusta, molendina dirupta, uinee in- 105 culte, arbora distructa et si damnum paruum est bonum est ut uideatur.

Item dicunt predicti petentes quod tempore dishabitationis predictae quod super ea factum fuit consilium et dicere quod in eo fuerunt ex eis Andreas Cornario, Leonardus Gradonico et Petrus Brugognonus et quod dictus Leonardus

- 110 dixit quod non petat dishabitari Risa nisi fieret restaurum et dominus Andreas Barbadico arengauit quod preterea prouideretur et ducha tunc dominus Hermolaus Justo dixit quod fiebat obliquum nisi fieret restaurum et de hoc dominus Petrus Geno tunc consiliarius potest recordari et dicunt quod hoc est uerisimile quod tantum factum non fuerit sine auctoritate maioris consilij et dicunt quod  
115 nulla scriptura reperitur post terremotum de quaternis tempore domini Hermolai tunc duche et dicunt quod semper fuerunt conquesti de restauro coram dominatione et nunc recurrunt ad dominum ducem et licet negent quod homines dicant nobis factum esse obliquum male negant et contra ueritatem dicunt quod si dictum fuit de restauro fiendo quando dishabitatio dicebatur fienda perpetuo,  
120 ergo multo facilius debet fieri quando temporaliter dicunt quod per dishabitationem factam certum est quod commune possedit multos rusticos et uitauit multas expensas.

Item dicunt predicti petentes super similibus datis per responsores predictos quod in illis casibus non debuit fieri restaurum quia in illis de Siuritis non debuit fieri quia ipsi fuerunt rebelles et illi de Kissamo se reduxerunt ad loca inferiora timore Alexij ut possent se tueri per dominationem et latini et alij forenses de capite leuantis se ducebant rusticos ad rebellandum et ideo dictum fuit quod inde remouerentur et in alio casu quando dictum fuit quod deberent extrahi de Laxito dictum fuit quod timebatur ne rebelles transirent in Laxitum, et durauit hoc paruo tempore, et de blado de quo dictum fuit ne esset in molendinis dictum fuit quia rebelles ueniebant in nocte et molendinarij gaudebant ut haberent uiam fraudis. Dicunt de uillanis frankatis tempore domini Guidonis quod de talibus frankatis consueuit fieri restaurum, set propter guerram cruciatorum, que longa fuit, fuerunt frankati et expulsi et non fuit datum restaurum set in  
130 presenti datur. Dicunt ad casum in quo ordinatum fuit quod feudati haberent territorium quod hoc fuit quia aliqui rebelles tempore guerre laborauerant patrimoniam feudatorum et requirebant medietatem, tunc dictum fuit de tercia parte et hoc etiam obseruatur prope ciuitatem et dicunt quod hij casus allegati contra eos nullo modo sunt similes set omnino dissimiles.

- 140 Et dicunt quod hij sequentes casus sunt similes in quibus est factum restaurum quoniam dictum fuit quod dishabitaretur Laxithum et fuit inde datum indumentum bonum restaurum et iterum fuerunt pro tempore accepta feuda Thomasino Tanelico, Clurado de Uicentia, Matheo Beligno, Petro Symonis et alijs et data grecis occasione pacis et de hijs fuit factum restaurum et consimile factum  
145 fuit tempore domini Uitalis Michelis et iterum acceptum fuit quoddam casale domino Nicolao Uenerio et datum Alexio Kalergi et inde fuit factum restaurum

et finaliter dicunt quod licet multi sint qui debent habere restaurum propter quod dicitur contra eos quod graue esset satisfacere hec dicere nulla ratio est immo facit pro eis quia conficeretur quia ipsi habeant rationem.

Contra replicata per predictos petentes implicant et dicunt responsores pre- 150  
dicti quod prenominati duodecim ellecti super dishabitatione habebant magnam partem in Risa et maior pars eorum babebat ibi facere et dicere quod illi qui habebant ibi facere magnam habuerunt utilitatem quam perdiderint, quia aliquis eorum perdidit unum casale et conseruauit tria et sic posset dici de aliis et affirmant quod ubi seminatur pasci non potest et quod ipsi habuerunt tantam utilitatem 155  
de pascuis, quanta habuissent de seminatione et uineas in predicta dishabitatione non perdiderint et per eos stetit si non fecerunt eas aptari. Dicunt ipsi responsores quod non credunt quod dominus Petrus Geno possit dicere quod aliquod intendimentum fuerit dictis petentibus datum de restauro quia fuit contrarium et hoc possunt probare. Dicunt etiam quod si quaterni temporis domini 160  
Hermolai non reperiuntur hoc nichil facit quod nunquam inuenietur aliqua pars capta de aliquo restauro et quod nullum consilium super hoc unquam fuit reformatum. Dicunt quod nullus de consilio unquam dixisset eis quod haberent obliquum set affirmant hoc ad colorem. Dicunt quod per signoriam nunquam fuit eis facta promissio de restauro nec per consuetudinem presunt petere de consi- 165  
mili facto.

Item dicunt quod casu quo supra induxerunt ipsi petentes inducunt pro similibus de quibus fuit factum restaurum et nunquam inuenietur quod de temporali dishabitatione fuerit factum restaurum quia hoc fit ad tempus pro conseruatione residui et predicti decem fecerunt predictam dishabitationem ad eorum 170  
comodum et utilitatem et illa feuda que fuerunt accepta illis de ponenti fuerunt accepta per emptionem et dicunt quod in casu predicto esset maius peccatum dicere quod deberet satisfieri, quia non deberet nec posset portari quam dicere quod non satisfiat, quia hoc est iustum et illud iniustum.

Contra triplicata per prefatos responsores, quadruplicant petentes predicti. 175  
Quod ipsi ex dishabitatione habuerunt magnum damnum et immo esset bonum quod uideretur et si esset magnum uel paruum fieret restaurum quia dicere quod sit importabile restaurare hoc est unquam allegare. Super eo quod dicunt responsores quod uolunt probare probent quod nolunt eorum dominatione et ipsi etiam probabunt. Dicunt quod si ipsi ex dishabitatione habuerunt aliquam securi- 180  
ritatem et exinde etiam habuerunt multa damna et exinde assicurate fuerunt terre et loca multorum et eorum securitas nichil est ad comparisonem securitatis aliorum, set est iustum quod eis non satisfiat per alios; saltem ut perpetua-

liter substineant et soluant de restauro hoc non est dubium quod est iustum. Dicunt quod in hoc facto et in quolibet alio facto pro communi bono terre est faciendum restaurum et casus inducti per eos sunt similes et inducti per respondores sunt dissimiles.

Contra quadruplicata per petentes predictos quintuplant respondores predicti; quia affirmant quod predicti petentes ex dishabitatione habuerunt plurimum damnum respectu utilitatis quam habuerunt in alijs, set bene habuerunt damnum cum alijs sibi similibus in dicto loco, qui fuerunt bene LXX, quorum casalia si deberent restaurari non sufficeret mobile et stabile totius insule. Dicunt quod si alij uolunt probare et ipsi probare dicunt quod nulla ratione potest dici quod postquam non est facta promissio uel consilium de restauro quod milites teneantur. Dicunt quod nunquam simile restaurum factum fuit et dicunt quod sepe particulares persone pro bone terre substinuerunt talia et nunquam eis factum fuit restaurum. Et dicunt quod similia inducta per eos in quibus non fuit factum restaurum sunt uerisimilia et similia inducta per alios non sunt similia.

|                                       |                          |
|---------------------------------------|--------------------------|
| Testes non sunt participes questionis | dominus Nicolaus Abraham |
| dominus Marcus Uenerio                | Thomas Minoto            |
| dominus Nicolaus Bon                  | Jacobus Taiapetra        |

Testes iurati in Candida dicunt . . . . . quod fuerunt in consilio quorundam nobilium tempore domini Hermolai in quo captum fuit de dishabitando Risam in quo nec facta fuit promissio nec datum intendimentum de restauro et habentes partem in Risa fuerunt magis uoluntarij alijs et dicunt quod de similibus factis temporaliter nunquam factum fuit restaurum.

Angelus Cariola, Benuenutus de Brixia cancellarij iurati in Creta dicunt quod tempore domini Jacobi Theupoli ser Andreas Cornarius conquerebatur erga ipsum de dishabitatione sui feudi de Lombaro de militibus, et dominus Jacobus respondit quod faciebant ei obliquum. Benuenutus dicit quod in Venecijs dominus Hermolaus dixit quia magnum peccatum erat quia habere debebat de iure.

Dicunt respondores predicti quod dictum Angeli Cariola et Benuenuti nichil facit quia potuit esse quod dominus Jacobus credidit uerbis illorum, set ueritas est in contrarium ut apparet expredictis.

17

Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Ἀλέξιον Καλλέργην νὰ ἀγοράσῃ δέκα ἡμιόνους.

F<sup>o</sup> 54 Possit Alexius Kalergi emere x mullos.

18

Ὁ Λουῆς Κρήτης νὰ διαπραγματευθῇ μετὰ τοῦ Γαβριὴλ Δανδόλου καπετάνου, ὅπως καταλάβῃ τὴν Ρόδον.

F<sup>o</sup> 63 Tractetur per Ducham et ser Gabrielem Dandulo capitaneum de accipiendo Rhodum.

